



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

XVII. De temporibus iustitii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

ieiunia. Ad singulos diuæ Mariæ atque apostolorum omnium dies festos (excepto vnico Philippi & Iacobi, quo paschatis gratia cibo non temperatur) iejunia sunt. Singulo quoque Veneris die (nisi quidem festus agatur) iejunium esto. A paschate vero usque ad pentecosten, atque ab ipso natali Iesu Christi die ad octauam usque ab epiphania lucem, iejunia nemo obseruato, nisi quidem iudicio ac voluntate fecerit sua, aut id ei fuerit a sacerdote imperatum.

XVII.

Porro autem festis diebus omnibus, quatuor temporum ieuniis, quadragesima, ceterisque omnibus quibus rite fuerit indicatum iejunium diebus, omnis ordalii ac iurisurandi iurisdictio intermittitor. Ab anniuersario item aduentus Domini die festo ad octauum usque ab epiphania diem, atque a septuagesima ad decimamquintam a paschate lucem, iustitium edicimus. Sane quidem annua diuorum Edvvardi & Dunstani festa religiose ab Anglis decimoquinto Kalendas Aprilis, & decimoquarto Kalendas Iunii, celebranda sapientes instituerunt. His ergo festis solennibus Christiana fide tinctis omnibus, ita ut conuenit, festa & tranquilla pax esto, omnisque procul absit fraus & malitia. Atque si quis alteri siue fideiussios, siue compensationis nomine debuerit quidquam, aut ante hosce dies, aut continuo pone retribuito.

XVIII.

Christianæ fide imbutos omnes pro sui quem in Deum habent amoris magnitudine obtestamur, ut quæ sunt sibi ad salutem necessaria cupide animo & cogitatione comprehendant. Adueniet etenim tandem aliquando tempus, cum diuinæ paruisse voluntati, tum cum liberum dabatur spatium, multis partibus malimus, quam omnes omnium qui in terris degunt possedisse fortunas. Sane quidem vniusmodi nobis omnibus, ut fuerint cuiusque facta, decernetur stipendum. Tum denique va misferis qui viui æterna inferorum supplicia promeruisse. Quin igitur a delictis diligentius declinemus, ingenui sacerdoti peccata quique fateamur, ab omnibus in posterum maleficiis abstineamus, admissa officiose com-

Concil. Tom. 25.

Rr ij

Regii manuscripsi
capitulum
24.

Festa sanctorum Edvvardi & Dunstani.

Regii manuscripsi
capitulum
25.
Pii regis pia exhortatio.